

Author: Desbillons

Title: 6.22 Noctua et Gallus

URL:

https://archive.org/details/bub_gb_15kOAAAQAAJ/page/136/mode/1up?view=theater

Noctua et Gallus

Assueta tenebris, claram et illustrem magis

Lunam esse Sole, contendebat Noctua:

At Solis Gallus adventantis nuntius,

Fuge, caeca, dixit; Luna pallet, Sol redit.

Calumniam insons non poteris felicius

Reprimere, quam si, qualis es, te ostenderis.

Noctua, assueta tenebris,

contendebat

lunam esse claram et illustrem

magis sole,

at Gallus, nuntius adventantis solis,

dixit,

"Fuge, caeca;

luna pallet, sol redit."

(Tu) insons

non poteris reprimere calumniam

felicius quam si

ostenderis te qualis es.

Assue·ta tene·bris, clar~ · et il·lustrem · magis
Lun~ es·se So·le, con·tende·bat Noc·tua:
At So·lis Gal·lus ad·ventan·tis nun·tius,
Fuge, cae·ca, dix·it; Lu·na pal·let, Sol · redit.
Calum·ni~ in·sons non · poteris · feli·cius
Reprime·re, quam · si, qua·lis es, · t~ osten·deris.